



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Vincentus Ferrerius. Frequens auditio verbi Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. VINCENTIUS FERRERIUS.

Frequens auditio verbi Dei.

Deus, qui Ecclesiam tuam B. VINCENTII meritis & prædicatione illustrare dignatus es; concede propitius, ut & ipsius instruamur exemplis, & ab omnibus ejus patrociniis liberemur adversis.

Ora pro verbi divini Prædicatoribus.

VLIA-
ne af-
Com-
acaret
quadã
gnifi-
Christi
arca-
anno
ra la-
oriffa
artini
e ec-
tradi-
cono
rba-
com-
ophe-
vidis
rimo,
t, ubi
ad se-
inter
; nisi
inans

V Alentia Hispanica luci dedit VINCEN-
TIVM an. 1357: qui æt. an. 18 ingressus
Ordinem Prædicatorum, in eoque æt. anno
28 creatus Magister, Theologiam Valentiz
docuit annis 6. Exinde Legatum in Galliam
secutus Card. Petrum de Luna, eundem sub
nomine Clementis VII Antipapam, quia
flectere non poterat, deseruit; cum esset ab
ipso Christo, coram SS. Dominico & Fran-
cisco, Evangelici Prædicatoris honoratus
officio. Eo inexplicabili tum fructu functus
etiam inter Judæos & Mahometanos adu-
que finem vitæ, per Gallias, Britannias, at-
que Hispanias; rursusque reversus in Gal-
lias, requievit à laboribus suis, Veneti in mi-
nori Britannia, an. 1419 æt. 62. Vitæ mira-
culorumq; historiam prolixè scripsit Petrus
Ranzanus, ex 4 voluminosis Processibus,
quibus motus Calixtus III, an. 1458 Vin-
centium canonizarat. Fuerat biennio ante
de terra levatum corpus; sed, Hispanorum
urbem obtinentium metu, reconditum anno
1496, delituit usq; ad 1637; quando requisi-
tum solenniterque translatum fuit 4 Sep-
tembris, die exinde Venetensibus festivo.

*Qui fecerit & docuerit Magnus vocabitur
in regno calorum. Mat. 5. Non auditor obli-
viosus, sed factor operis, beatus erit. Jac. 1.*